



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 115. Calabriæ Dux castra Viterbii ponere prohibitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

octava Novembris adveniens, haud vul-
 garibus honorum significationibus exce-
 ptus est, eumque populus inter ingentes
 applausus, ac certantia vulgi vota ubi-
 que deprædicabat, *missum a Deo, Roma-
 næ Ecclesiæ Liberatorem, ac fidei Propa-
 gatorem.* Tandem Senensi urbe præfidiis
 munita, Carolus inde Palliatam die sex-
 ta Decembris profectus est, demum ve-
 ro advectis sarcinis ac necessariis belli
 tormentis Viterbium versus iter instituit.

Sæcul. XV.

A.C. 1494.

Vigne loc.

cit.

§. CXV.

*Calabriæ Dux castra Viterbii ponere
 prohibitus.*

Viterbium, cum urbs esset munitissima,
 Calabriæ Dux ab Ecclesiæ ditioni-
 bus redux, ad preces Pontificis tueri sus-
 cepit, nec vano prorsus consilio; abs du-
 bio enim ibidem controversia de Neapo-
 lis regno dirempta fuisset, nisi Columnen-
 ses, postquam Calabriæ Ducem Roma
 Viterbium auffugisse compererant, Gal-
 lorum copiis aucti, omnem commeatum
 Ostia ad Ducem devehendum intercepis-
 sent, demumque penuria laborantem us-
 que ad Romanæ urbis mænia, quæ de-
 fenderet, recedere compulissent. Hoc
 pacto non exigua ditionis Ecclesiasticæ
 pars, quam Patrimonium S. Petri vo-
 cant, hostium arbitrio exponebatur,

Q q 4

quæ,

Sæcul. XV.
A.C. 1494.

quæ, ut deprædationis injuriam redimeret, cum Gallis pacifcebatur; eadem quoque ratione Ursini Gallorum furorem declinabant, quamvis Virginius horum Princeps arctioribus longe vinculis Neapolitano Regi addictus esset, quam ut ad primos hostium occursum ejusdem studia defereret; ipse enim regius erat Connestabilis, & Jordanus ab Ursinis ejus filius natu major primogenitæ hujus Regis nothæ filiæ connubiali societate jungebatur: Verum Galliarum Regem fortuna ubique prospera presso pede sequi videbatur; quippe Virginius Ursinus Regis arbitrio suas urbes, atque in fidei pignus suos quoque Filios obtulit, quos Rex Christianissimus læto, lubentique animo recepit.

§. CXVI.

Papa turbatus Legatos ad Regem mittit.

*Surita tom.
5. l. 1. c. 34.
& 36.*

Hæc Virginii Ursini defectio, ac proximus Gallici exercitus adventus Alexandrum Papam ingenti timore percellabant, dubiumque, quid factu opus esset, reddebant. Equidem Calabriae Ducem ad Urbis defensionem advocare meditabatur: ast obstabat amicorum frequentia, quos Columnenses, atque Ursini in Urbe numerabant; terrebat etiam metus de penuria annonæ, cum agrorum